Morteau. 64

De titulo Damasi Christophorus associetur
Sergius hinc rutilans Anastasio copuletur
Et Lando vivens modicum super astra levatur
Omnibus his tandem decimum coniunge Iohannem
Et Leo cum Stephano precedit papa Iohannes
Cui Leo ser Stephanus succedit dogmate grandes
Necnon Marinus et Agapitus atque Iohannes
Presulibus quintus coniungitur his Benedictus
Cui Leo iungatur Iohannes et Benedictus
Et domnus necnon Bonifacius et Benedictus
Et quartum decimum post istos scribe Iohannem
Et quintum decimum post istos scribe Iohannem
Et sextum decimum post istos scribe Iohannem
Gregorium quintum prius et post scribe Iohannem
Post quem Silvestrum prius et post scribe Iohannem.
Huic etiam nonum decimum subscribe Iohannem
Sergius hinc quartus subnectitur et Benedictus
Restat vicesimus Iohannes ser Benedictus
Hunc nonum decimum depromunt scripta Iohannem
Quod cur eveniat dabit hoc agnoscere carmen.